Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



xviij

Tr. Qui habitat in adiutorio altissimi in
protectione dei cli commorabitur. Dicet domino suscep
tor meus es et refugium meum deus meus
sperabo in eum. Quoniam ipse
liberavit me de laqueo venantium et
a verbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi et sub
pennis eius sperabis. Scuto circumdabit te
veritas eius non timebis a timore nocturno
a sagitta volante per diem a negotio
perambulante in tenebris a ruina et demonio
meridiano. Cadent a latere
tuo mille et decem milia a dex
tris tuis tibi autem non appropinquabit. Quoniam
angelis suis mandavit de te ut custodiant te in om
nibus viis tuis. In manibus portabunt te ne unquam
offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspi
dem et basilisc cum ambulabis et con
culcabis leonem et draconem.
Quoniam in me speravit liberabo eum et p
tegam eum quoniam cognovit nomen meum. Invocavit
me et ego exaudiam eum cum ipso sum in tri
bulatione. Eripiam eum et glorificabo eum
longitudine dierum adimplebo eum et ostendam
illi salutare meum.

16